gaudia tuo filio
resurgente et ad ce
los ascendente mul
tiplicasti presta qs
ut ad illud ineffa
bile gaudium quo
tecum assumpta
gaudet in celis eius
meritis et interces
sione peruenire ua
leamus. Per eund.



Sequitur oro de sa
lutacione angeli

Ad virginem gloriosam mariam matrem dni.

Saluto te beatissima virgo maria. Illa salutacione qua gabriel archangelus te salutavit dicens. Ave gracia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus. Spiritus scs supveniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi et q nascetur ex te scm vocabitur filius dei. Rogo te eciam per illam leticiā quam habuisti illa nocte quando

peperisti filium tuum dnm nrm ihesum xpistum sine dolore et sine virili semine. ut mei eis fices in omnibus tribulationibz et angustiis meis. Idcirco sanctissima virgo maria in fidem in clemenciā in manum tuā comitto me indignum famulum tuum. Et nunc et semper et precor te ut pax sit sup me que fuit super te illa nocte quando filium tuū dnm nostrum ihesum xpm a mortuus te

surgentē uidisti.
Securitatus sim
ab uniuersis ma
lis a linguis dolo
sis ab omni secu
lari confusione.
A subitanea et in
prouisa et eterna
morte. Per xpm
dnm nostrū Amē.

*Oro bona de salu
tacione angelica.*

Sancta et īma
culata pijssi
ma uirgo maria
mater dnī nostri
ihesu xpisti. Inte
cedere dignare p
me miserrimō
peccatore. Apud
illum cuius me
ruisti effici tem
plum. Omnes
sancti angeli. thro
ni et dominaciones.
principatus et po
testates. uirtutes
cherubin quoqz et
seraphin. milia
milium et decies
centena milia.
Sancti pr̄iarche
pphete apostoli m
tires confessores
et uirgines. Omīs
qz sancti et electi
dei per illum qui
uos elegit. de cu
ius contēplacio
ne et societate gau
dete. Rogo uos
ut pro me misero
peccatore supplica
re intercedere dig

nemini ad dn̄m
deum nostrū ut
dimittat omnia
peccata mea et ex
tinguat in me in
cendium libidinis
ac furoris. Et con
cedat amorem cas
titatis. ueramq[ue]
agere penitenciā
ueram confessionē.
bonamq[ue] p[er]seuerā
ciam. ut de faucib[us]
dyaboli et a mor
te ꝑpetua. et de con
fusione sempiter
na liberari merear. Per eundem
dominum nr̄m
ihm xp̄m filiū. Q[ui]
cum patre et &c.

Incipiunt hore uir
ginis gloriose sc̄e
katherine de mon
te synai huc trans
late. ¶ Hec an
tiphō dicenda est
ad om̄s hos. Ad
matutinas ant.

Deprecare regē celi
pro me uirgo kathe
rina. Adiuuare q[ue]so
ueni et saluare me
festina.



astita
tis ly
lium
alma
katherina. Illus
trata nimium
hora matutina.
Conuertit ꝑphi
rum hostes cū

regina. Ducens
ad martyrium
mundi tenens pri
ma. V. Saluauit
eos propter nomen suum
qui crediderunt verbis
eius. Et laudauerunt
laudem eius. Coll.
Deus cuius vir
go prudentis
sima katherina
de multiplici certa
mine triumpha
uit et suis fidelibus
exorando optata par
te eis presidia sunt
concessa te domine
trementes deuo
tissime deprecamur.
Ut qui ad tui no
minis laudem et
passionis eius me

moriam hanc horam
persoluimus plenam
contricionem et in
dulgenciam pecca
torum omnium
largiri digneris et
tecum bonis me
ritis facias congau
dere celestibus. Per do.
Ad primam. Depre
care regem celi pro me
uirgo katherina.
Ad certamen
ducitur uirgo
preparata. Hora pri
ma a domino multum
confortata. Que
traxit philosophos
magnifice dotata
ad lumen ueridi
cum et regna bea
ta. V. Erudiuit eam do

minus sicut semetipsum
Et lingua eius inter
principes loquebatur
sapientiam. Coll.
Deus cuius uir
go. &c. ut s. Ad ter.
Deprecare regem celi
p me uirgo katherina.
Templum ad
est tercia hora
incensorum. Cesa
rem aggreditur
hostis ydolorum.
Per metricam et
loicam et uisum
astrorum. Ducit
ad noticiam regis
angelorum. v.
Eloquium domini in
flammauit eam. Et
laudauit eam in sole
et luna et stellis. Col.
Deus cuius uirgo.
Ad sextam. Depre
care regem celi p me.
Exarsit ira cesa
ris fremens
in pupillam. Ho
ra sexta precepit e
ducere pusillam.
Tormentorum gene
ra parat pp ter illam.
Angelus que conci
te reduxit in fauil
lam. v. Laqueum
parauerunt pedibus me
is. Foderunt foueam
et inciderunt in eam. Col.
Deus cuius uirgo.
Ad nonam. Depre
care regem celi p me.
Remittitur in
carcerem sene
flagellata. Hora

nona a cesare uir
tualibus priuata.
Sed diuino mune
ab angelo cibata.
Zacco tandem nu
mine recens est
oblata. V. Pane
celi dedit illi dns. Et
cibaria misit ei in ha
bundantia. Coll.
Deus cuius uir
go. Ad uesperas.
Deprecare regē celi.
Iubar splendi
dissimum uir
go katherina. Su
um secuta dnm
hora uespertina.
Insignum ueridi
tum qd tota sit
diuina. effudit
lac purissimum
pro sanguine re
gina. V. In columpna
nubis deduxit te dns.
In terram lacte et mel
le manantem. Coll.
Deus cuius uirgo.
Ad compl. Depre
care regem celi. &c.
Tempe comple
torij hora tu
mulatur. In sub
limi synai ab an
gelis portatur. Di
uo fonte oley cor
pus decoratur. Et
sic ualenter lan
guidi morbus ef
fugatur. V. Ange
lis suis mandauit de
te. Qui te portauerit
in omnibz uijs tuis.
Coll. Deus cu

exerbaui et ad ira
cundiam multi
pliciter prouoca
ui. Tu autē dn̄e
clementissime hac
tenus me penitꝰ
perdere noluisti.
sed ad uitam me
reseruasti. Idcir
co te laudo te glo
rifico et in tuam
deinceps custodi
am me cōmendo.
Tu in me dn̄e qd
tibi beneplacitū
est opare et in me
ipm̄ tibi acceptū
sacrificiū aptare
dignare. Quia
si uoluisses sacri
ficium dedissem
utiqꝫ holocaustis

non delectaberis.
Deprecor inmen
sam pietatem tu
am deus omnip̄c.
ut in me miserū
aliqd tibi gratū
īparare digneris
sacrificium ne no
men xp̄ianitatis
inaniter teneam.
sed dignus huic
nōi opera tua iu
uamine agere
ualeam illius te
nendo donum ca
rismatis qd michi
in fonte concessis
ti baptismatis.
Prestitisti enī m̄i
in baptismo tem
plum corporis
tui fieri. et celeste

uiſionem tue fide
i demonſtraſti me.
ne inmundus ſpi
ritus poteſtatem
haberet in me.
Imploro ergo tuā
clementiam ac be
nignam pietatē
ut ſpiritus tuus
ſanctus caliginē
tenebrarum a me
auferre preualeat
et cor meum accē
dat. et in volunta
te tua pſeuerabi
liter pmaneat.
Non me ſpiritus
ſuperbie extollat
ſed uera humili
tas ſemper et u
biqz mecū pmane
at ut in tuō cōſpe
tu cor habeam con
tritum et humili
atum qd' tibi accep
tum, pbatumqz
eſſe ualeat ſacrifi
cium ſicut ſcriptū
eſt. Sacrificiū
deo ſpiritus contri
bulatus cor con
tritum et humili
atum deus non
deſpicies. Magna
fiducia et maria
ſpes ſalutis nr̄e.
q' mīe tue uiſceri
bus infirmitati
nr̄e compati ſoles.
Ut et ſacrificiū cō
trito et humilita
tis cordis nr̄i et q'
uis in pctis con
uerſantes ſumus

tibi soli per confes
sionem tui nominis.
et per compassionem
misericordie aude
mus dicere quod ho
mines horrescunt
audire. propter hoc
suscipe me miserum
peccatorem cum corde
contrito et humili
ato ad te confugien
tem pyssime domine
deus. Benigne
fac domine in bona
uoluntate tua sy
on ut edificentur
muri ihrlm. Osten
de domine super fra
gilem benignita
tem bone uolun
tatis tue. Visita
cor meum durum
et mollifica illud.
Immitte ei exha
bundancia pieta
tis tue tibi placen
tes lacrimas peni
tencie perfecte. ut
multa peccata mea ab
infancia usque nunc
perpetrata multipli
centur lacrime et
amarissime ab hac
hora ultra deflere
ualeam semper. Et
fac me domine immen
sum pondus pecca
torum meorum de
collo meo excutere
et iugum importa
bile dyabolice decep
tionis procul a me
deicere. Ut corde
et corpe tibi subdi

nus precepta tua
ualeam adimple
re et in sc̄o tuo fa
mulatu sine fine
merear p̄manere.
Tunc acceptab'
sacrificium iusti
ae oblaciones et
holocausta tūc
imponent super
altare tuum ui
tulos. Gloria
patri et filio et
spiritui sancto.
Qui p̄prio filio
suo nōn pepercit
tradens illum
p̄ nobis pccōribꝫ
et filio eius uni
genito qui erat
obediens patri
usqꝫ ad mortem.
Et spiritui sc̄o q̄
in linguis igne
is in hoīes uenit
totum humanū
genus illustrare
et ad imperium
numenqꝫ sempi
ternum trinitati
et indiuidue uni
tati deo magno ⁊
inmenso eterno
et excelso q̄ est su
per om̄es om̄pe
et mirabilis bo
nus ac benign'
et omni gloria
dignus. Sicut
erat in princi
pio et nunc et
semper et in scl'a
seculorum amen. R.
Psalmus.

Domine ex
audi oraci
onem meam. et
clamor meus ad
te ueniat. Non
auertas faciem
tuam a me in q̄
cumq; die tribulor i
clina ad me aurē
tuam. In qua
cumq; die inuoca
uero te uelociter
exaudi me. Qui
a defecerunt sicut
fumus dies mei
et ossa mea sicut
cremium aruerūt.
Percussus sū
ut fenum et aru
it cor meum qui
a oblitus sum cō
medere panem
meū. A uoce ge
mitus mei adhe
sit os meum car
ni mee. Simil'
factus sum pelli
cano solitudinis
factus sum sicut
nocticorax in do
micilio. Uigi
laui et factus sū
sicut passer soli
tarius in tecto.
Tota die expro
brabant michi i
nimici mei et qui
laudabant me ad
uersum me iura
bant. Quia ci
nerem tamq̄ pa
nem manduca
bam et poculū
meum cū fletu

miscebam. A fa
cie ire indignati
onis tue quia ele
uans allisisti me.
Dies mei sicut
umbra declinaue
runt et ego sicut
fenum arui.
Tu autē dn̄e i
eternum pma
nes et memoria
le tuum in gene
ratione et genera
tionem. Tu
exurgens dn̄e mi
sereberis syon qr
tempus miseren
di eius quia uenit
tempus. Quo
niam placuerūt
seruis tuis lapi
des eius et terre e

ius miserebuntur.
Et timebunt
gentes nomen tu
um dn̄e et om̄s
reges terre glori
am tuam. Qui
a edificauit dn̄s
syon et uidebitur
in gloria sua.
Respexit in ora
tionem humiliū
et non spreuit pre
cem eorum. Scri
bantur hec in ge
neratione altera
et populus qui
creabitur lauda
bit dn̄m. Qui
a prospexit de ex
celso sancto suo
dominus de celo
in terram aspexit.

Ut audiret ge
mitus compedi
torum et solueret
filios interempto
rum. Ut annu
cient in syon no
men dni et laude
eius in iherusale.
In conuenien
do ppl'os in vnu
et reges ut seru
ant dno. Res
pondit ei in uia
uirtutis sue pau
citatem dierum
meorum nuncia
michi. Ne re
uoces me in di
midio dierum
meorum in gene
racione et genera
cionem anni tui.
Inicio tu dne
terram fundasti
et opa manuu
tuarum sunt celi.
Ipsi peribunt
tu autem pmanes
et omnes sicut ues
timentum ueterasc
ent. Et sicut o
portorium muta
bis eos et muta
buntur tu autem
idem ipse es et an
ni tui no deficient.
Filij seruorum
tuorum habitabut
et semen eorum i
seculum dirigetur.
Gloria patri. Ps.
De profundis
clamaui ad
te domine dne ex

audi uocem me
am. Fiant
aures tue inten
dentes in uocem
deprecationis me
e. Si iniquita
tes obseruaueris
dn̄e domine quis
sustinebit. Qui
a apud te propicia
cio est et propter
legem tuam sus
tinui te domine.
Sustinuit aīa
mea in uerbo ei'
sperauit anima
mea in domino.
A custodia ma
tutina usq; ad
noctem speret is
rahel in domino.
Quia apud do

minū mīa et co
piosa apud eum
redempcio. Et
ipse redimet isrl'
ex omnib; iniq
tatibus eius.
Gloria pr̄i. ps.
Domine ex
audi oraci
onem meam au
ribus percipe obse
cracionem meā
in ueritate tua
exaudi me in tua
iusticia. Et nō
intres in iudici
um cum seruo
tuo quia nō iu
stificabitur in cō
spectu tuo omīs
uiuens. Quia
persecutus est ini

micus animam me
am humiliauit
in terra uitam me
am. Colloca
uit me in obscuris
sicut mortuos se
culi et anxiatus
est super me spiri
tus meus in me
turbatum est cor
meum. Memor
fui dierum anti
quorum medita
tus sum in omnibus
operibus tuis in
factis manuum
tuarum medita
bar. Expandi
manus meas
ad te anima me
a sicut terra sine
aqua tibi. Ve
lociter exaudi me
domine defecit spiritus
meus. Non a
uertas faciem tu
am a me et simi
lis ero descendenti
bus in lacum.
Auditam fac
michi mane mi
sericordiam tuam
quia in te spera
ui. Notam fac
michi uiam in
qua ambulem
quia ad te leua
ui animam meam.
Eripe me de in
imicis meis domine
ad te confugi do
ce me facere uo
luntatem tuam
quia deus meus

es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, propter nomen tuum domine vivificabis me in equitate tua. Educes de tribulacione animam meam et in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulant animam meam quoniam ego servus tuus sum. Gloria patri. a. Ne reminiscaris domine delicta mea vel parentum meorum neque vindictam

sumas de peccatis meis quia peccavimus tibi. Kyrieleison. Christe eleison. Kyrieleison. Christe audi nos. Pater de celis deus miserere nobis. Fili redemptor mundi deus miserere nobis. Spiritus sancte benigne deus miserere nobis. Sancta trinitas unus deus miserere nobis. Sancta maria ora pro nobis. Sancta dei genitrix. ora
Sancta virgo virginum. ora
Sancte michael ora
Sancte raphael ora
Sancte gabriel ora

Omnes sc̄i angeli
et archangeli. or
Omnes sc̄i btōrum
spirituū ordines or
Sc̄e iohēs bap[ti]. or
Om̄s sc̄i p[at]riarche
et p[ro]phete. or
Sc̄e petre. or
Sc̄e paule or
Sc̄e andrea or
Sc̄e iacobe or
Sc̄e iohēs evā[n]. or
Sc̄e thoma. or
Sc̄e iacobe or
Sc̄e philippe or
Sc̄e bartholomee.
Sc̄e mathia or
Sc̄e symon or
Sc̄e thadee or
Sc̄e mathee or
Sc̄e marce or
Sc̄e luca. or

Sc̄e barnaba. or
Omnes sc̄i ap[osto]li et
evangeliste or
Omnes sc̄i disci
puli domini. or
Om̄s sc̄i innocētes or
Sc̄e stephane or
Sc̄e line or
Sc̄e clete or
Sc̄e clemens or
Sc̄e corneli or
Sc̄e cypriane or
Sc̄e sixte or
Sc̄e laurenti or
Sc̄e vincenti or
Sc̄e georgi or.
Sc̄e dyonisi cū so. t.
Sc̄e maurici cū s. t.
Sc̄e gereon cū so. t.
Sc̄e thoma or
Sc̄i iohēs et paule.
Sc̄i cosma et damiani.

Sce fabiane or
Sce sebastiane or
Sce quirine or
Omnis sci martires
Sce siluester or
Sce martine or
Sce nycholae or
Sce gregori or
Sce augustine or
Sce ambrosi or
Sce hylari or
Sce iheronime or
Sce seruaci or
Sce seuerine or
Sce benedicte or
Sce lazare or
Sce barnarde or
Sce egidi or
Sce huberte or
Omnes sancti con
fessores. or
Sca maria mag
dalena. or
Sca katherina or
Sca agnes or
Sca cecilia or
Sca felicitas or
Sca perpetua or
Sca agatha or
Sca lucia or
Sca maria egypcia or
Sca margareta. or
Sca scolastica or
Sca elyzabeth or
Sca ursula cum
sodalibus tuis. or
Sca gheertrudis or
Sca eufemia or
Sca barbara or
Sca afra or
Sca dorothea or
Sca appollonia or
Omnes sce uirgines
uidue et continentes.
or

Omnes sancti et sancte
dei. orate pro nobis.
Propicius esto p
arce nobis domine.
Propicius esto.
libera nos domine.
Ab insidiis dyabo
li. l'. Ab immi
nentibus peccatorum
nostrorum. libera.
Ab infestacione
demonum. libera.
A peste et clade. l'.
A morbo malo. l'.
A subitanea et im
provisa morte. l'.
A perpetua mor
te. l'. Ab omni
malo. l'. Per in
carnacionem tuam
l'. Per nativita
tem tuam. l'. Per

baptismum et ieiu
nium tuum. l'.
Per passionem
et crucem tuam. l'.
Per mortem et
sepulturam tuam. l'.
Per resurrectio
nem tuam. l'. Per
gloriosam ascensi
onem tuam. l'. Per
graciam sancti spiritus
paracliti. l'. In die
iudicii. libera nos do.
Peccatores. Te roga
mus audi nos.
Ut pacem et con
cordiam nobis do
nes. Te r. Ut eccle
siam tuam rege
re et defensare dig
neris. Te r. Ut domp
num apostolicum et

odem gradum eccle
siasticum in sc̄a
religione conser
uare digneris. Te
Ut reges et prin
cipes xpistianos
in tua uoluntate
custodias. Te
Ut cunctum po
pulum xpianum
precioso sanguine
tuo redemptum
conseruare digne
ris. Te Ut erra
tes ad uiam salu
tis reducas. Te
Ut dies nostros
in tua pace dispo
nas. Te Ut epos
et magistros nr̄os
et omnes congre
gaciones illis co

missis in sc̄a reli
gione conseruare
digneris. Te Ut
congregaciones
oīm sanctorum ordi
num in tuo sc̄o serui
cio confortare ~~dig
neris~~ et conserua
re digneris. Te Ut
bn̄factoribus nr̄is
sempiterna bona
retribuas. Te Ut
animas nr̄as et
parentum nr̄or
ab eterna dampna
cione eripias. Te
Ut aeris tempe
riem bonam no
bis dones. Te Ut
fructus terre dare
et conseruare dig
neris. Te Ut omi

los mīe tue super
nos reducere dig
neris. Te ro. Ut
mentes nras ad
celestia desideria eri
gas. Te ro. Ut mi
serias pauperum et
captiuorum intu
eri et releuare dig
neris. Ut regu
laribus disciplinis
nos instruere dig
neris. Te ro. Ut
nos a negligencia
a in diuino officio
o custodire digne
ris. Te ro. Ut omi
bus fidelibus defunc
tis requiem eter
nam donare dig
neris. Te ro. Ut re
missionem oīm
peccatorum nobis
dones. Te ro. Ut
nos ad gaudia
eterna perducere
digneris. Te ro. Ut
gentem paganam
dextere tue poten
cie comprimere dig
neris. Te ro. Ut
nos exaudire dig
neris. Te ro. Fili
dei. Te rogamus
audi nos. Ag
nus dei qui tollis
pecca mundi par
ce nobis domine.
Agnus dei qui
tollis pecca mun
di exaudi nos do
mine. Agnus
dei qui tollis pec
cata mundi mi

ſerere nobis.
Xpriſte audi nos.
Xpriſte exaudi
nos. Kyrieleiſõ.
Xpeleiſon. kyriel.
Pater nr̃. Et ne
nos. V. Peccaui
mus dn̄e cum pa
tribus nr̃is. In
iuſte egimus ini
quitatem fecim9.
V. Dn̄e non ſe
cundũ pc̃a nr̃a
facias nobis. Ne
q3 ſcd̃m iniquita
tes nr̃as retribu
as nobis. V. Do
mine ne memine
ris iniquitatum
nr̃arum antiqua
rum. Cito anticí
pent nos mīe tu
e quia pauperes
facti ſumus ni
mis. V. Adiuua
nos deus ſaluta
ris noſter. Et ꝓ
ter gloriam nōis
tui domine libera
nos et ꝓpicius eſ
to pc̃is nr̃is, ꝓpter
nomen tuum. V.
Eſto nobis dn̄e
turris fortitudĩs.
A facie inimici.
Domine exaudi
oracionem meã.
Et clamor meus
ad te ueniat. Do
minus uobiſcũ.
Oremus. Coll.
Exaudi qs̃ do
mine ſuppli
cum preces et cō

fitencium t(ibi) par
ce pc(ca)tis ut pariter
nobis indulgen
ciam tribuas be
nignus et pacem.
P(er). Coll.
Ecclesie tue q(uesumu)s
domine preces pla
catus admitte ut
destructis adver
sitatibus et erro
ribus universis
ecclesia tua secura
tibi serviat liber
tate. P(er). Coll.
Omnipotens
sempiterne deus mes
tor(um) consolacio la
borancium forti
tudo perveniant ad
te preces de quacu(m)
q(ue) tribulatione

clamancium. ut
omnes sibi in ne
cessitatibus suis
m(isericord)iam tuam gau
deant affuisse. P(er).
Omnip(oten)s sem Coll.
piterne deus
qui vivorum domi
naris simul et mor
tuorum omniumq(ue)
misereris quos
tuos fide et opere
futuros esse prenos
cis te suppliciter ex
oramus ut p(ro) qui
bus effundere pre
ces decrevimus
quosq(ue) vel p(re)sens
seculum adhuc
in carne retinet
vel futurum iam
exutos corpore


suscepit pietatis
tue clemencia oīm
delictorum suorū
veniam et gaudi
a consequi mere
antur eterna. P.
Libera Oracio
nos de morte
ad vitam. de tene
bris ad lucem. de
inferno ad para
dysum de malo
ad bonum de ig
norancia ad sciē
ciam de pc̄cis ad
veram penitenci
am. de omnibus
vicijs ad perfec
tas virtutes. de
cunctis insidijs ī
imicī ad medicinā
celestem et divinā

protectione per in
vocationem trini
nominis tui pr̄is
et filij et spiritus
scī. quia qui hūi
liter et fideliter no
men tuum invo
cauerit saluus e
rit. Humiliter er
go et fideliter pos
tulamus ut dele
as et obliuiscaris
cuncta scelera nr̄a
per suffragia et
merita scōrum tu
orum ut nobis ī
auxilium subue
niant angeli ar
changeli. virtutes
potestates princi
patus. dominaci
ones throni che

rubin et seraphin.
patriarche ꝓphete
apostoli martires
confessores virgi
nes et episcopi et
presbiteri et dya
coni sancti. et om
nes sancti eccleſi
astici dei. et ana
chorite. et diligen
tes te. et sancti sa
pientes et pacie
tes et penitentes
et omnes sancti
orent pro nobis
ut vitam eternam
habere mereamur
apud dominum
nostrum ihesum
xpristum in celis.
Qui cum patre
et spiritu sancto

vivit et regnat
gloriosus deus per
immortalia secu
la seculorum. Amen.
Maiestati Oratio
tue nos quesumus
domine omnium
sanctorum tuorum
supplicatio beata
conciliet ut qui te
incessabiliter acti
bus nostris offen
dimus iustorum
precibus expiemur.
Per xpristum.

Ad mensam dulcissimi conuiuij tui domine ihesu xpriste. ego reus et peccator inmundus de proprijs meritis nichil presumens. sed de tua confidens misericordia et bonitate accedere uereor et contremisco. Nam cor et corpus habeo multis criminibus et uicijs maculatum. mentem linguam et sensus non caute custoditos. Ergo o pia deitas o tremenda maiestas ego miser inter angustias deprehensus ad fontem misericordie lauandus procurro. ad te sanandus festino. ad te confugio. et quem iudicem sustinere nequeo. saluatorem habere suspiro. Tibi domine plagas meas ostendo. tibi uerecundiam meam detego. uideo peccata mea multa et magna et timeo. Video suauitatem tuam et misericordias quarum non est numerus et sperare audeo. Respice in me et



go oculis mīe tue
pie domine iheſu
xpiſte rex eterne
deus. homo cruci
fixe, ꝓpter hominē
exaudi me ſperan
tem in te et miſerē
michi pleno miſe
rijs et pctīs tu qui
in fonte miſerati
onis nūquā ma
nare ceſſabis. Sal
ue ſalutaris uic
tima pro me et oī
humano genere
in patibulo cruc̄
oblata. ſalue no
bilis et precioſiſſi
me ſanguis de uul
neribus crucifixi
domini mei ꝑflu
ens. et pctā totius
mundi abluens.
Sed dn̄e oculos tu
e maieſtatis me cō
templari in oībus
horis et ſcōs ange
los tuos ad hoc ce
leſte miſterium cor
poris et ſanguinis
tui aſſiſtere miniſ
tros. quali ergo fi
ducia ego miſerri
mus audeo accedē
qui grauiſſime ſur
deſco per uicia. cū
ſim uermis et car
nis materia. quo
modo audeo ꝑtici
pare miſterio tan
te dignitatis. Sz
recordare domine
creature tue quā
tuo ſacro ſanguīe

redemisti. penitet
enim me qd' pecca
ui. cupio enim ca
re qd' feci. Aufer
ergo a me demen
tissime ihu omnes
iniquitates. ut pu
rificatus mente et
corpore deuote et
reuerenter tracta
re. munde digne
que degustare mere
ar sacrosca miste
ria benedicti cor
poris et sanguinis
tui. Et concede ut
hec sancta preliba
cio quam licet in
dignus pecor et su
mere intendo. sic
peccatorum meorum
remissio. et delicto

rum meorum p
fecta purgacio. sic
turpium cogitaci
onium effugacio.
bonorumque sen
suum regeneracio.
operum que tibi pla
cencium salubris
efficacia aie quoque
et corporis contra
inimicorum insi
dias firmissima
tuicio. Sancte spi
ritus qui uterum
castissime semper
uirginis marie tu
a uirtute fecundasti
ti. eamque dei filium
parere fecisti. uisi
ta et imple cor me
um tua gracia sa
lutari. et fac me

sacri corporis et
sanguinis tui mis
terium qd' te con
ceptum et ex ma
ria semp uirgine
credo natum tam
scē sumere et ĩmo
labiliter obserua
re et custodire ut
p hoc peccatorum ue
niam bonorum
q3 operũ obseruã
ciam cordis deuo
cionem et mundi
ciam cũ modestia
et benignitatem
mentis et corporis
ueram et ppetuã
castitatem fidem
spem caritatem et
pacem et eterne be
atitudinis reque

ualeam obtinere.
Kyriel. xpistel.
Kyriel. Pater nr̄.
Et ne nos. Ego
dixi domine mise
rere mei. Sana a
nimam meam q̃a
peccaui tibi. Cor
mundum crea in
me deus. Et spiritũ
rectum ĩnoua in
uisceribus meis.
Domine exaudi
oracionem meam.
Et clamor meus
ad te ueniat. Orem'.
Deus qui sa
cratissimã
cenam cũ discipu
lis tuis celebrasti
ante passionem
et in eadem cena

in panis fractione
tei p̄m dedisti. tribu
e q̄s. ut quotiens
hec sacramenta
sumimus. mente
et corpore tibi pa
riter iungi. et a pec
catis omnibꝫ ab
solui et post hanc
uitam eterno con
uiuio interesse. et
p̄ncia diuinita
tis tue perfrui me
reamur te p̄stan
te. Qui cum deo
p̄re et sancto sp̄i
ritu uiuis et reg
nas deus. per oīa
secula seculoꝝ. A.
Omnipo orõ.
tens et mise
ricors deus. ecce
ego accedo ad sa
cramentū corpis
et sanguinis unı
geniti filij tui do
mini nr̄i ihū xp̄i.
Accedo inquā in
firmus ad medi
cum uite. Immū
dus ad fontem
misericordie. ce
cus ad lumen cla
ritatis eterne. ege
nus ad dn̄m celi
et terre. nudus
ad regem glorie.
Rogo ergo īmen
se maiestatis tue
habundanciam.
quatenus meā
digneris sanare
infirmitatem. la
uare feditatem.

illuminare cecitatem. uestire nuditatem. ditare paupertatem ut te panem angelorum regem regum et dominum dominancium tanta reuerencia et tremore tali suscipiam contricione et amore tanta fide et pietate tali proposito et humilitate sicut expedit saluti anime mee. Da michi queso illius dominici corporis et sanguinis non solum suscipere sacramentum. sed et uirtutem sacramenti. O mitissime deus da michi sic suscipere corpus dominici mei ihesu xpisti quod traxit de uirgine maria. ut corpori suo mistico merear incorporari et inter eius membra connumerari. O pater amantissime concede michi dilectum filium tuum quem nunc uelatum suscipere propono reuelata tandem facie contemplari. Qui tecum uiuit et regnat deus per omnia secu

la seculorum. Amen.
O fons totius
misericordi
e qui numquam ma
nare cessas. ueni
hodie et tribue a
nime mee egrote.
carnem tuam de
uote sumere et p
ciosum sanguinem
tuum bibere. Non
quia iustus sum
sed peccator. quia non
est opus sanis me
dicis. sed male
habentibus. O
uera caritas in qua
est eterna felicitas.
O spes unica anime
mee. aufer a me
omnes iniquita
tes meas ut pu
ra mente merear
intrare ad sancta
sanctorum. Te
exspectant cor me
um imple deside
rium quod in me
misisti ut ipse uo
luisti. Tuus sum
ego christe noli
me derelinquere
alieno. dextera tu
a semper me pre
ueniat et ab omni
malo defendat.
O domine ueni
cui ego miserrimus
peccaui. obliuisce
re peccata mea
pro quibus effu
disti sanguinem
tuum. Ueni dul
cissime deus cla

michi cibum sa
lutis eterne. ueni
hostia immacula
ta liberare me de
morte eterna. ue
ni infirmorum
medicus. ueni re
iuuanatiuu cibus.
ueni et uisita do
mum meam nõ
tuo dicatam. Et
ecce ego uenio ad
te quem quero q
spero quem toto
corde desidero. quē
tota mentis intē
cione aspiro. quē
totis uisceribus
complector. cuius
corpus et sangui
nem accipere cupi
o. ut de cetero in
me maneas et ī
eternum me non
dimittas. Amen.

Augustin' dulcis doctor oro.

Dives omniū
bonorū dapium
superne sacietatis
opulentissime lar
gitor deus. da lap
so cibum colligē
dispsum libera
captiuum reinte
gra lassum. en
stat ante ostium
et pulsat. Obse
cro per uiscera mi
sericordie tue. qui
bus uisitasti nos
oriens ex alto. Iu
be pulsanti mise
ro aperire. ut libe

tris gressibus in
grediatur ad te et
requiescat in te. et
reficiatur de te pa
ne celesti. Tu es
enim panis vi
uus et fons uite.
et lumen clarita
tis eterne. Deu
rogo in cor meū
et ab ubertate uo
luptatis tue ine
bria illud ut ob
liuiscatur ista tē
poralia. In ele
uacione sacramē
Domine ih'u xpis
te omnipotens
eterne deus qui
hanc sacratissi
mam carnem de
gloriose uirginis
marie utero assūp
sisti. et eundem p̄
ciosum sanguinē
de sacratissimo la
tere tuo in ara
crucis pro salu
te nostra effudis
ti. et in illa glori
osa carne a mor
te resurrexisti. et
ad celos ascendis
ti. et iterum uen
turus es iudica
re uiuos et mor
tuos. libera me
per hoc sacratis
simum corpus
quod modo in
altari tractatur
ab omnibꝫ in
mundiciis me

tis et corporis et
ab universis ma
lis preteritis pre
sentibus et futu
ris per infinita
seculorum secula.

Omnipotens
splendor
eterne lu
cis per signum
sancte crucis.
Illumina ocu
los meos ne um
quam obdormi
am in morte ne
quando dicat i
imicus meus p
valui adversus
eum. Sed fac
me laudare te de
um filium bea
tissime virginis
marie ipsiusque et
omnium sanctorum
tuorum intercessione
animam meam
a perpetua damp
natione protegi
ac corpus ac ani
mam in trinita
tis benedictione tue.
Omnipotens sal ...
Quator huma
nitatis. In ma
nus tuas domine
commendo spiritu
meum. redemisti
me domine deus veri
tatis. Deduc me
ad lucem perpetu
tatis et vultum
tue maiestatis
fac me videre et

sic in pace pieta
tis semp gaudere
Amen
Omnipotens
infirmator ego ī
dignus et miser
rimus peccator.
Locutus sum ī
lingua mea no
tum fac michi do
mine finem meā
Et fac me semp
videre te deum in
tue maiestatis
gloria per infini
ta secula seculor
Amen
Omnipotens
deus deorum esto
michi indigno
peccatori propicius.
Et numerum
dierum quos est
ut sciam quid de
sit michi. Fac me
scdm tuam mise
ricordiam et tuā
voluntatem ad
implere et dyabo
licas adversitati
bus aīam meā
semper prevale.
Amen
Omnipotens
reparator vite tu q
mortem nostram
moriendo destrux
isti Dirupisti
domine vincula
mea tibi sacrifica
bo hostiam lau
dis et nomen do
mini invocabo.
Fac me celestem

ciuitatem tuã be
nedictione demẽ
ter intrare et cum
electis tuis habi
tare gaudenter. A.
Omnipotens
protector in
te speraui adiutor.
Clamaui ad te
domine dixi tu es
spes mea porcio
mea in terra vi
uencium. Fac me
timencium te ui
as in terris am
bulare ut merear
canencium tibi
laudes in celis nu
merum amplia
re. Amen.
Omnipotẽs
deus adiutor
meus sitiuit cor
meum ad fontẽ
uite. Periit fuga
a me et non est q̃
requirat aĩam
meam. Tibi pla
ceat eam recõmen
datam manere
ut ualeat cũ xpi
fidelibus in celes
tibus gaudere. A.
Omnipotens
reconciliator
de indignum.
Fac mecũ signũ
in bono ut uideãt
qui me oderunt
et confundantur
qm̃ tu domine ad
iuuisti me et con
solatus es me.
Fac me gaudere

in tua pia miseri
cordia et in tua
gracia semp ma
nere. Amen

Precor te pi
issime dne
ihesu xpe
ppter illam exími
am caritatem qua
humanũ genus
dilexisti quando
tu celestis rex pen
debas in cruce cũ
deifica caritate cũ
mitissima aĩa cũ
tristissimo gestu
cum pturbatis
sensibus cũ trãs
fixo corde cũ trãs
uerberato corpe
cum sanguineis
uulneribus. cũ
expansis manibz
cum extensis ue
nis. cum clamo
rose ore. cum rau
ca uoce. cum pal
lida facie. cũ mor
tali colore. cum la
crimosis oculis.
cum gemebundo
gutture. cum siti
bundis desiderijs
cum amaro gus
tu fellis. cum in
clinato capite. cũ
diuisione deifica
corporis et aĩe cũ
origine uiuentis
fontis. In ea ca
ritate precor te a
mantissime dne
ihesu xpiste qua

tuum amorosu
cor scindebatur. ut
sis michi placabi
lis super multitu
dinem pctorum
meorum. Et bo
num et sanctum
finem uite mee.
necnon gloriosa
letamqz resurrec
tionem ppter tua
magnam mīam
michi tribuere dig
neris. Qui viuis.

Domine
ihu xpe
fili dei viui. qui p
redemptione mu
di nasci et circum
cidi voluisti. a iu
deis reprobari. a

iuda osculo tradi
a turbis capi et ui
nculis ligari. Anne
cayphe pylato he
rodi offerri et cora
eis illudi. colaphis
alaphis flagellis
arundine cedi. fa
cie uelari et sputo
conspui. spinis co
ronari. falsis quo
qz testibus accusa
ri iudicari. et ut ag
nus innocens tu
am crucem feren
do ad uictimam
duci. clauis pfodi
felle et aceto pota
ri. atqz in cruce mor
te turpissima con
dempnari ac lan
cea perforari. Tu

phas saevissimas
penas ab omnib;
pctis et penis nos
libera. et per sanc
tam crucem passi
onem et mortem
tuam illuc pduc
nos miseros pcco
res quo pduxisti te
cum crucifixum
secu penitente la
tronem. Qui vivis.

Fiunt
fluentur no
bis pie domine ihe
su xpriste omnes
passiones tue. et
defende nos ab oi
tribulatione et a
gustia ab omni
dolore et tristicia.
ab omni periculo

et miseria ab oi
pcco et cordis in
mundicia. ab oi
scandalo et infa
mia. a morbis ma
lis et morte subi
tanea. et ab omni
psecutione inimi
corum visibiliu
et invisibiliu. Sa
mus eni quod i qua
cuq; die memori
am earum habu
erimus salui eri
mus. Ideo de imen
sa tua pietate con
fisi pcamur te per
tuas amarissima
passiones ut be
nigno ptegas nos
auxilio et contini
a pietate ab omni

malo liberes et in
bono conserues. Or.
Domine deus
deus de deo qui
humanum genus in
crucis patibulo.
ex precepto pris p
prio sanguine re
dimere dignatus
es. te suppliciter ex
oramus ut non
secundum peccata que
fecimus nos red
das nobis. sed secundum
magnam misericordiam
tuam saluos nos
fac indignos fa
mulos tuos. Tu
quoque exsurge do
mine deus saluta
ris noster. et propter
nomen sanctum tuum
esto nobis turris
fortitudinis et clipe
us inpugnabilis
iusticie. a facie tam
corporalis quam incor
poralis inimici.
Atque ab omni pec
cato et pena nos
libera et ab omni
aduersitate corpo
ris et anime mise
ricorditer nos defen
de. Qui uiuis et
regnas deus per
omnia secula se
culorum amen

Ad matutinas.



Patris sapiencia ueritas diuina. deus homo captus est hora matutina. A notis discipulis cito derelictus est iudeis traditus uenditus afflictus. versiculus Adoramus te xpe et benedicimus tibi. quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum. Domine collecta ihesu xpriste qui hora matutinali post effusionem sudoris sanguinei ualatus a turba pro nobis te tradi capi ligari. ad iudicem trahi. de domo in domum duci. alapis cedi pati et conspui pmisisti. tribue nobis quesumus ut amoris tui igne accensi flagellari et mori pro tui nominis gloria gaudeamus et gaudiis perfrui mereamur eternis. Qui uiuis.

Ad primam.

Hora prima ductus est

ihesus ad pylatum
falsis testimoniis
multum accusatum
In collo percuciunt
manibus ligatum
uultum dei com
spuunt lumen
celi gratum. Vsic
Adoramus te xpe.
Domi Coll
Domine ihesu xpe
qui hora diei pri
ma pylato presi
di presentatus.
ab iniquis inno
cens accusatus
et colaphisatus
fuisti. qs ut pas
sione tua ubique
armati et hostes
uincere et ad tua
gloriam ualea

mus peruenire.
Ad terciam.
Crucifige
clamitant
hora terciarum.
Illusus induitur
ueste purpurarum.
Caput eius pun
gitur corona spi
narum. Crucem
portat humeris
ad locum pena
rum. usik Adora
mus te xpe. Coll
Domine ihe
su xpiste q
hora diei tercia co
ram populo et
pylato iudex iu
dicum purpura
indutus. spinis
coronatus. harū

dine uerberatus.
illudendus purpura
tus fuisti quiqꝫ
spoliatus. ad co
lumpnam ligatus
tus flagellatus
et ad mortem con
dempnatus durissi
simum iudicium
ptulisti. et crucem
tuam sanctis hu
meris portasti.
Fac nos q̃s peni
tencie crucem por
tare. ut in extremo
iudicio per te piũ
iudicem eterne
mortis sentenciã
fugiamus. Q̃ vi.

Ad sextã.

Hora sexta
ihesus est
cum condãpnatus.
Pendens cum la
tronibus cum hijs
reputatus. Pre
tormentis siciens
felle saturatus.
Agnus crimen di
luit sic ludificatũ.
V̾. Adoramus te
xpriste & be. Coll.

Domine ihesu
xpriste qui
hora diei sexta. p
nobis nudus et
innocens crucem
ascendisti in qua
durissimus cla
uis affixus. in
ter latrones posi
tus pependisti.
et peccatoribus
in latrone specie

de uenia tribuisti: presta ut te cruci fixum corde sem per habentes. con tra omnium pecca torum iacula uirtu tem tue passionis ac uulnerum se quamur. Qui vi.

Ad nonam

Hora nona dominus ihesus expirauit. Hely clamans a nimam patri com mendauit. Latus eius lancea miles perforauit. Tunc terra contremuit et sol obscurauit. Vsi Adoramus te christe et be. Coll.

Domine ihesu christe qui hora diei nona cru cifixus in cruce ma nibus et pedibus uerberibus et fla gellis ac siti ualli da desiccatus. ace to cum felle pota tus fuisti. et incli nato capite cla mans et lacrimans beatissimum emi sisti spiritum. et in limbum desce dens ut captiuos educeres portas et uectes ferreos confregisti. passi onis tue uirtute concede ut in ho ra mortis nostre

peccatorum nostro-
rum cathenis con-
fractis. animas
nostras ad te qui
uere paradysus
es sanas miseri-
corditer puenire.
Qui vi. **Ad ues-
peras.**

De cruce
deponitur
hora uespertina for-
titudo latuit in mē-
te diuina. Talem
mortem subiit ui-
te medicina. heu
corona glorie ia-
cuit supina. **ᵛ.**
Adoramus te xpe.

Domine **coll'**
ihesu xpriste
qui hora diei ues-
pertina in cruce
pressuris innu-
meris fatigatus.
et acerba iam mor-
te preuentus. co-
ram matre lan-
cea pforatus fu-
isti. et nobis de tu-
o latere sangui-
nem in precium
et aquam in la-
uacrum tribu-
isti fac corda nra
sic passionis tue
memoria scī dei
ut qui tua sumus
morte redempti
te gloriosum in
celis quem in ter-
ra passum recoli-
mus uideamus.
Qui uiuis.

Ad completoriu͂.

Hora com
pletorij
datur se
pulture. corpus
xpristi nobile uite
spes future. condi
tur aromate im
pletur scripture.
Iugis sic memori
a mors hec michi
cure. ℣. Adoram
te xpriste. Coll.

Domine ihesu
xpriste qui ho
ra diei ultima de
cruce depositus et
in brachijs tue
pyssime matris
ut pie creditur re
clinatus fuisti et
in lumbo glorio
sam uictoriam
ostendisti. Fac nos
q̄s sic tuam sanc
tissimam passio
nem plangere. et
eam quasi recente
tem cum ardenti
desiderio retinere.
ut eius precioso
commercio ad tu
e resurrectionis
consorcium me
reamur feliciter
peruenire. Qui
uiuis et regnas.

Incipiunt uespe
re defunctorum.



a. Placebo. ps. Dilexi quoniam exaudiet dominus vocem orationis mee. Quia inclinauit aurem suam michi. et in diebus meis inuocabo. Circumdederunt me dolores mortis. et pericula inferni inuenerunt me. Tribulationem et dolorem inueni et nomen domini inuocaui. O domine libera animam meam misericors dominus et iustus et deus noster miseretur. Custodiens paruulos dominus. humiliatus sum et liberauit me. Conuertere anima mea in requiem tuam. quia dominus benefecit tibi. Quia eripuit animam meam de morte. oculos meos a lacrimis pedes meos a lapsu. Placebo domino in regione uiuorum. Requiem eternam dona eis domine et lux perpetua luceat eis. a. Placebo

ibo domino in re
gione uiuorum
an. Heu michi.
Ad dñm ps
cum tribu
larer clamaui et
exaudiuit me.
Domine libera a
nimam meam
a labijs iniquis
et a lingua dolosa.
Quid detur tibi
aut quid appona
tur tibi ad lingua
dolosam. Sa
gitte potentis acu
te. cum carbonibz
desolatorijs. Heu
michi quia inco
latus meus pro
longatus est. ha
bitaui cum habi
tantibus cedar. mul
tum incola fuit a
nima mea. Cum
hijs qui oderunt
pacem eram paci
ficus cum loque
bar illis impug
nabant me gratis.
Requiem eternā.
a. Heu michi quia
incolatus meus
prolongatus est.
a. Dñs custo. ps.
Leuaui ocu
los meos in
montes unde ue
niet auxiliū michi.
Auxilium me
um a dño qui fecit
celum et terram.
Non det in cōmo
cionem p̄edem tuū.

neq3 dormitet qui
custodit te. Ecce
non dormitabit
neq3 dormiet. qui
custodit israhel.
Dominus custo
dit te dominus ꝓ
tectio tua. sup ma
num dexteram tuā.
Per diem sol nō
uret te neq3 luna
ꝑ noctem. Dn̄s
custodit te ab om
ni malo. custodiat
animam tuam
dn̄s. Dominꝰ
custodiat introi
tum tuū et exitū
tuum. ex hoc nunc
et usque in seculū.
Requiem etnā.
An. Dominus

custodit te ab om
ni malo custodiat
animam tuam
dn̄s. A. Si iniq.
De profūn ps.
dis clamaui
ad te domine. dn̄e
exaudi uocem me
am. Fiant au
res tue intendentes
in uocem depreca
tionis mee. Si
iniquitates obser
uaueris domine.
dn̄e quis sustine
bit. Quia apud
te ꝓpiciatio est et ꝓp
ter legem tuam
sustinui te domine.
Sustinuit aīa
mea in uerbo eiꝰ
sperauit anima

mea in dño. A custodia matutina usqȝ ad noctem spe ret israhel in dño. Quia apud do minum misericor dia et copiosa a pud eu redemptio. Et ipse redimet israhel ex omnibȝ iniquitatibȝ eius. Requiem etna. A. Si iniquita tes obseruaueris dñe dñe quis sus tinebit. A. Opa. Confitebor p. tibi domine in toto corde meo. quoniam audisti uerba oris mei. In conspectu a

gelorum psallam tibi. adorabo ad templum sanctu tuum et confitebor nomini tuo. Su per mia tua et ue ritate tua. qm mag nificasti sup omne sanctum tuum. In quacūqȝ die inuocauero te ex audi me. multi plicabis in aīa me a uirtutem. Co fiteantur tibi dñe omnes reges ter re quia audierunt omnia uerba o ris tui. Et can tent in uijs dñi. quia magna est gloria domini.

Qui excelsus do
minus et humi
lia respicit. et alta
alonge cognoscit.
Si ambulauero
in medio tribula
tionis uiuificabis
me. et super iram
inimicorum meo
rum extendisti ma
num tuam. et sal
uum me fecit dex
tera tua. Dominus
retribuet pro me.
domine mia tua
in seculum. opa
manuum tuarum
ne despicias. Re
quiem eternam. A
Opera manuum
tuarum ne despi
cias. Versiculus Audiui

uocem de celo di
centem michi. Scri
be beati mortui qui
in domino mori
untur. A. Omne.
Magnificat a
nima mea
dominum. Eius. Ant.
Omne quod dat
michi pater ad me
ueniet et eum qui
uenit ad me non
eiciam foras. Pa
ter noster. Et ne.
Lauda aia ps.
mea dominum
laudabo dominum in
uita mea. psallam
deo meo quamdiu
fuero. Nolite con
fidere in principi
bus in filiis ho

munium in quib;
non est salus.
Exibit spiritus
eius et reuertetur
in terram suam.
in illa die peribūt
omnes cogitacio
nes eorum. Be
atus cuius deus
iacob adiutor ei'
spes eius in dn̄o
deo ipsius qui fe
cit celum et terrā
mare et omnia
que in eis sunt.
Qui custodit ue
ritatem in seculū
facit iudicium in
iuriam pacientib;
dat escam esurien
tibus. Dominus
soluit compeditos.

dn̄s illuminat ce
cos. Dominus
erigit elysos dn̄s
diligit iustos.
Dominus custo
dit aduenas pu
pillum et uiduā
suscipiet et uias
peccatorum disperdet.
Regnabit dn̄s
in secula deus tu
us syon in gene
racione et genera
cionem. Requi
em eternam. V.
A porta inferi. E
rue domine aīas
eorum. Credo ui
dere bona dn̄i. in
terra uiuencium.
Dn̄e exaudi orōn
nem meam. Et

clamor meus ad
te ueniat. Dn̄s
uobiscu͞ .et Coll'.
Absolue q̄s do
mine animas
omnium fidelium
defunctorum ab om̄i
uinculo delictorum.
ut in resurrectio͞is
gloria inter sc̄os
et electos tuos re
suscitati respirent.
Per xp̄m dominu͞
nostr͞ amen. Inuitat'
Circumdederu͞t
me gemitus mor
tis. Dolores infer
ni circumdederu͞t
me. Vel alia.
Regem cui om̄ia
uiuunt. Venite a
doremus. ps. Ve

nite. an. Dirige.
Verba mea p.
auribus p
ape dn̄e intellige
clamorem meum.
Intende uoci ora
tionis mee rex me
us et deus meus.
Qm̄ ad te orabo
domine mane ex
audies uocem me
am. Mane asta
bo tibi et uidebo.
qm̄ non deus uo
lens iniquitatem
tu es. Neq; ha
bitabit iuxta te
malignus. neq;
p̄manebunt in
iusti ante oculos
tuos. Odisti o͞
nes qui operantur

iniquitatem. perdes
omnes qui loquun
tur mendacium.
Virum sangui
num et dolosum
abhominabitur
dominus ego autem in
multitudine mie
tue. Introibo
in domum tuam
adorabo ad tem
plum sanctum
tuum in timore
tuo. Domine
deduc me in iusti
cia tua propter ini
micos meos. diri
ge in conspectu tu
o viam meam.
Quoniam non
est in ore eorum
veritas. cor eorum
vanum est. Se
pulchrum patens
est guttur eorum
linguis suis dolo
se agebant iudica
illos deus. De
cidant a cogitaci
onibus suis secundum
multitudinem im
pietatum eorum
expelle eos. quoniam
irritaverunt te do
mine. Et leten
tur omnes qui spe
rant in te. in eter
num exultabunt
et habitabis in eis.
Et gloriabun
tur in te omnes
qui diligunt no
men tuum. quoniam
tu benedices iust

to· Dñe ut scu
to bone volunta
tis tue coronasti
nos Requiem
eternam· a· Di
rige domine deus
meus in conspec
tu tuo viam meã
an· Convertē. ps.
Domine ne
in furore
tuo arguas me
neq; in ira tua cor
ripias me. ut s.
vel sicut habetur
in vij psalmis.
a· Convertere do
mine et eripe ani
mam meam qm̃
non est in morte
qui memor sit tu
i. a· Neqn. ps.

Domine deus
meus in te
speravi salvum
me fac· ex omnib;
persequentibus
me et libera me.
Ne quando rapi
at ut leo animã
meam dum non
est qui redimat
neq; qui salvum
faciat. Domine
deus meus si feci
istud· si est iniqui
tas in manibus
meis. Si reddi
di retribuentibus
michi mala. deci
dam merito ab i
nimicis meis ina
nis. Persequa
tur inimicus ani

mam meam et
conprehendat et
conculcet in terra
uitam meam et
gloriam meam ĩ
puluerem deducat.
Exurge dñe in
ira tua et exaltare
in finibus inimi
corum meorum.
Et exurge dñe
deus meus in pre
cepto quod man
dasti. et synagoga
ꝑplorum circuim
dabit me. Et
ꝑpter hanc in altũ
regredere. dñs iu
dicat populos.
Iudica me dñe
scdm iusticiam
meam. et scdm

innocenciam me
am super me.
Consumetur
nequicia pctorum
et diriges iustum
scrutans corda et
renes deus. Ius
tum adiutorium
meum a dño. qui
saluos facit rectos
corde. Deus iu
dex iustus fortis et
paciens. numquid
irascetur per singu
los dies. Nisi co
uersi fueritis gla
dium suum uibra
bit. arcum suum
tetendit et parauit
illum. Et in
eo parauit uasa
mortis sagittas

ſuas ardentibus effecit. Ecce parturit iniusticiam et concepit dolorem et peperit iniquitatem. Lacum aperuit et effodit eum et incidit in foveam quam fecit. Convertetur dolor eius in caput eius. et in verticem ipsius iniquitas eius descendet. Confitebor domino secundum iusticiam eius et psallam nomini domini altissimi. Requiem eternam. A. Ne quando rapiat ut leo animam meam dum non

est qui redimat neque qui salvum faciat. an. A porta inferi. Erue domine animas eorum. Pater noster. V. prima. Parce michi domine. nichil enim sunt dies mei. Quid est homo quia magnificas eum. aut quid apponis erga eum cor tuum. Visitas eum diluculo et subito probas illum. Usquequo non parcis michi. nec dimittis me ut glutiam salivam meam. Peccavi. Quid faciam tibi o custos

hominum? Quare
me posuisti contra
rium tibi et factus
sum michimetipsi
grauis? Cur non
tollis peccatum
meum. et quare
non aufers iniq
tatem meam? Ec
ce nunc in pulue
re dormio. et si ma
ne me quesieris
non subsistam. R.
Credo quod re
demptor meus vi
uit et in nouissimo
die de terra surrec
turus sum. et in
carne mea videbo
deum saluatorem
meum. V. Quem
visurus sum ego

ipse et non alius
et oculi mei conspec
turi sunt. Et in
carne. Lectio septima
Tedet animam
meam vite
me. dimittam ad
uersum me eloqu
um meum. Loquar
in amaritudine
anime mee dicam
deo noli me condem
pnare. Indica michi
cur me ita iudices?
Numquid bonum
tibi videtur si ca
lumpnieris et op
primas me opus
manuum tuarum.
et consilium impi
orum adiuues?
Numquid oculi

carnei tibi sūt. aut
sicut uidet homo
et tu uidebis. Nu
quid sicut dies ho
minis dies tui.
et anni tui sicut
humana sunt tē
pora. ut queras ī
iquitatem meam
et peccatum meū
scruteris. et scias
quia nichil impi
um fecerim cum
sit nemo qui de
manu tua possit
eruere. R. Qui
lazarum resusci
tasti a monumē
to fetidum. Tu e
is dñe dona requi
em et locum in
dulgencie. V. Q
uenturus es iudi
care uiuos et mor
tuos et seculum p
ignem. Tu pius.
Manus Lcō. ix.
tu dñe fecerūt
me et plasmaue
runt me totum ī
circuitu. et sic repē
te precipitas me.
Memento queso
quod sicut lutum
feceris me. et ī pul
uerem reduces me.
Nonne sicut lac
mulsisti me. et sicut
caseum me coagu
lasti. Pelle et carne
uestisti me ossibus
et neruis compe
gisti me. Vitam et
miam tribuisti m.

et uisitacio tua cu
stodiuit spiritum
meum. R̷m.
Domine qui ue
neris iudicare ter
ram ubi me ab
scondam a uultu
ire tue. Quia pec
caui nimis in ui
ta mea. Vs. Com
missa mea paves
co et ante te eru
besco dum uene
ris iudicare noli
me condempnare.
Quia peccaui.
Requiem eternã
dona eis dñe et lux
ppetua luceat eis.
Quia peccaui.
Ad laud. aª. Ex
ultabunt. Ps.

Miserere mei
deus secun
dum magnam
misericordiam tuã.
Et secundum
multitudinem mi
serationum tuarũ
dele iniquitatem
meam. Amplius
lava me ab in
iquitate mea et a
peccato meo mun
da me. Quoniã
iniquitatem me
am ego cognos
co et peccatum me
um contra me est
semper. Tibi
soli peccaui et ma
lum coram te fe
ci ut iustificeris i
sermonibus tuis

et uincas cum iu
dicaris. Ecce enim
in iniquitatibus
conceptus sum et
in peccatis conce
pit me mater mea.
Ecce enim veri
tatem dilexisti in
certa et occulta sa
piencie tue mani
festasti michi.
Asperges me do
mine ysopo et mu
dabor lauabis me
et super niuem de
albabor. Auditui
meo dabis gau
dium et leticiam
et exultabunt os
sa humiliata.
Auerte faciem
tuam a peccatis
meis. et omnes i
niquitates meas dele.
Cor mundum
crea in me deus et
spiritum rectum i
noua in uisceribus
meis. Ne proi
cias me a facie tua.
et spiritum sanctum
tuum ne auferas
a me. Redde m
leticiam salutaris
tui et spiritu prin
cipali confirma me.
Docebo iniquos
uias tuas et impij
ad te conuertentur.
Libera me de san
guinibus deus deus
salutis mee. et ex
ultabit lingua mea
iusticiam tuam.

Domine labi
a mea aperies et
os meum annun
ciabit laudem tuã.
Quoniam si
uoluisses sacrifi
cium dedissem u
tiq; holocaustis
non delectaberis.
Sacrificiũ deo
spiritus contribu
latus cor contritũ
et humiliatum
deus non despici
es. Benigne fac
domine in bona
uoluntate tua
syon ut edificen
tur muri ihrlm.
Tunc accepta
bis sacrificium
iusticie oblatio
nes et holocausta
tunc imponent
super altare tuũ
uitulos. Requi
em eternam. a.
Exultabunt do
mino ossa humi
liata. a. Exaudi.
Te decet. ps.
Te decet ympnus ds
in syon et tibi red
detur uotum in
ihrlm. Exaudi
orationem meã.
ad te omnis caro
ueniet. Verba
iniquorum ꝑua
luerunt sup nos.
et impietatibus
nris tu ꝓpiciaberis.
Beatus quem
elegisti et assũp

ſisti inhabitabit
in atrijs tuis.
Replebimur in
bonis domus tue
sanctum est tem
plum tuum mi
rabile in equitate.
Exaudi nos d's
salutaris noster.
spes omnium fini
um terre et in ma
ri longe. Pre
parans montes
in uirtute tua ac
cinctus potencia.
qui conturbas p
fundum maris
sonum fluctuū
eius. Turba
buntur gentes et
timebunt qui ha
bitant terminos
a signis tuis exi
tus matutini et
uespere delectabis.
Uisitasti terrā
et inebriasti eam.
multiplicasti lo
cupletare eam.
Flumen dei re
pletum est aquis
parasti cibum il
lorum. qm̄ ita est
preparacio eius.
Riuos eius in
ebrians multipli
ca genimina eius
in stillicidijs eius
letabitur germi
nans. Benedi
ces corone anni
benignitatis tue.
et campi tui re
plebuntur uber

tate. Pinguescent speciosa deserti. et exultacione colles accingentur. Induti sunt arietes ouium et ualles habundabūt frumento clamabunt etenim ympnum dicent. Requiem etnā. An. Exaudi dn̄e oracionem meā ad te omnis caro ueniet. An. Me suscepit. ps. Deus deus meus ad te de luce uigilo. Sitiuit in te anima mea quam multipliciter tibi caro mea. In

terra deserta in inuia et inaquosa sic in sancto apparui tibi ut uiderē uirtutem tuam et gloriam tuam. Quoniam melior est mīa tua super uitas labia mea laudabūt te. Sic benedicam te in uita mea. et in nomine tuo leuabo manus meas. Sicut adype et pinguedine repleatur anima mea. et labiis exultacionis laudabit os meū. Si memor fui sup stratum meū

in matutinis me ditabor in te. quia fuisti adiutor me us. Et in ue lamento alarum tuarum exultabo adhesit anima mea post te me suscepit dextera tu a. Ipsi uero in uano quesierunt animam meam introibunt in in feriora terre trade tur in manus gla dij partes uulpi um erunt. Rex uero letabitur in deo laudabuntur omnes qui spe rant in eo quia ob structum est os

loquentium iniqua. Deus misereatur nostri ps et benedicat nobis illuminet uultum suum super nos et misereatur nostri. Ut cognoscamus in terra uiam tu am in omnibus gentibus salutare tuum. Confi teantur tibi po puli deus. confite antur tibi popu li omnes. Le tentur et exultent gentes quoniam iudicas populos in equitate et gen tes in terra dirigis. Confiteantur

tibi populi deus
confiteantur tibi
populi omnes ter
ra dedit fructum
suum. Benedi
cat nos deus deus
noster benedicat
nos deus et metu
ant eum omnes
fines terre. Re
quiem eternam.
a. Me suscepit
dextera tua dne.
a. A porta ps
Ego dixi in
dimidio di
erum meorum
uadam ad por
tas inferi. Que
sivi residuum a
norum meorum
dixi non uidebo

dnm deum in ter
ra uiuencium.
Non aspiciam
hominem ultra.
et habitatorem
quietis. Gene
racio mea ablata
est et conuoluta
est a me. quasi ta
bernaculum pas
torum. Precisa
est uelud a texen
te uita mea dum
adhuc ordirer.
succidit me de ma
ne usque ad uespe
ram finies me.
Sperabam us
que ad mane qua
si leo sic contriuit
omnia ossa mea.
De mane usque

